

tantis talibusque pr[ae]esi diis orbatus, intuens famam tuam n[on] tam fortiter pa]- (76) tiendo haec quam ad desider[ium] luctumque reservatus videor. |

(77) Ultimum huius orationis erit omn[ia] meruisse te neque omnia contigisse mihi ut praestarem] | (78) tibi. legem habuſ mandata tu[eris]: quod extra mibi liberum fuerit, pr[aestabo]. |

(79) Te di manes tuſ ut quietam pat[er]ia[n]tur atque ita tueantur opto.

Romae, tabulae ingentis duabus (vel etiam pluribus) paginis scriptae fragmenta variis locis urbis vel prope urbem reperta, unum, quod angulum dextrum superiore totius tabulae occupabat (cf. not. 1), a 1898 prodit ad viae Portuensis quartum chilometrum (VI 4527 cf. 31670 partem postremam, i. e. pag. II vv. 44—79, in villa Albania videt de Rossi; partem a. 1898 repertam edidit Vagliari Notizie degli scavi 1898 p. 443). Tractaverunt Mommsen Abh. der Berl. Akademie 1863 p. 455 seq. (= juristische Schriften I p. 395 seq.), cuius sunt supplementa pleraque; Huschke Zeitschr. f. Rechtsgesch. 3, 1866 p. 168 seq.; F. Vollmer laudatione funebr. historia, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. XVIII 1892, p. 491 seq. Specimina scripturee dederunt de Rossi studi e documenti di storia e diritto 1, 1880 tab.; Huebner ex. script. epigr. 1035. Tabula continebat laudationem funebrem mulieris a marito habitam vel scriptam (inter a. 746—752, cf. not. 6) et in sepulcro sine dubio lapidi incisam. Maritum eum fuisse unum ex proscriptis anni u. c. 711 appareat ex pag. II, fuisse Q. Lucretium Vespillonem, postea (a. u. c. 735) consulem, a. 711 a Turia coniuge domi occultatum et ita servatum (Val. Max. 6, 7, 2; Appian. b. civ. 4, 44) probare studuit Mommsen; sed virum illum non Romae delitusse, immo fuga servatum esse ex novo fragmento colligitur, ut viderunt Vagliari l. c. et Hirschfeld Bormannheft der Wiener Studien p. 4 seq.; hic (l. c. p. 4) cogitavit de Acilio, quem et ipsum inter proscriptos ab uxoribus servatos enumerat Appianus b. c. 4, 59 (cf. not. 9). — 1) Hoc vocabulum, quod solum superest ex v. 4 fragmenti a. 1898 reperti, scriptum est litteris maioribus, appareatque superesse ex superscriptione tituli, quae supra omnes paginas continuata fuisse putanda est (sequitur in eodem fragmento initium paginae secundae, cf. not. 8). — 2) A. u. c. 705, cum senatoribus partis Pompeianae. — 3) Cluvii nomen suppletum ex pag. I v. 46. 47, pag. II v. 19. De hoc homine dixit Mommsen l. c. p. 466, qui coniecit eundem esse C. Clovium cuius nomen legitur in nummis Caesaris (Momms. R. Münzw. p. 654 not. 552), Cluvium quem memorat Cic. ep. 15, 7. — 4) Sic (cf. v. 52) supplevit Dürr Wiener Studien 5, 1884 p. 263, ma[terterae] proposuerat Momms. — 5) De hac controversia dixit Mommsen l. c. p. 468 seq.; cf. etiam Vollmer p. 503. — 6) Apparet, feminam de qua agitur, cum nupserit ante annum 711 (cf. infra), sed post annum 706 (supra v. 5 seq.), obiisse inter a. 746 et 752. — 7) Cf. N. 8402. 8405. — 8) Paginae secundae initium (vv. 4—10) legitur in fragmento reperto a. 1898. — 9) Similia de Acilio cuiusdam proscripti a. 711 uxore narrat Appianus b. c. 4, 59, ut monuit Hirschfeld. — 10) Supplementa a me inventa paulo reformavit Hirschfeld. — 11) Mirum orationem reverti ad a. 706, quo Milo ex exilio reversus et paullo post occisus est. Videtur domus Milonis emptione ad maritum defunctae pervenisse, haec autem irruptioni a Milone temptatae restitisse. — 12) Apices errore positi. — 13) Nondum redierat ex bello Philippensi, et Lepidus res urbanas administrabat. — 14) Cf. Mommsen Staatsr. II (ed. 3) p. 746 not. 2. — 15) Supplevi (sic etiam Siebourg amicus Vollmeri; a[li]as priores). — 16) Cf. supra N. 6033 not. 84. — 17) Se ipsum dicit paene exalem vita aliquando (a. 711) fuisse, scilicet paene mortuum (sic Hirschfeld l. c. p. 3). — 18) Supplevit Vollmer. — 19) Cf. Birt mus. Rhen. 54, 1879 p. 4.